



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

16. [i.e. 167.] Vigilia Pentecostes. Quomodo orandus Devs, ut mos sibi
uniat ex toto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

292 Vigilia Pentecostes.

7. Petere amore Dei, totum converti ita,
ut, si tentationum mala Sanctorum Corpora
sic affixerunt fœditatibus suis, ut ignem ap-
plicatum non senserint, ut contigit B. An-
gelæ; ita amore Dei inflammer, ut ignis ma-
terialis mihi frigere potius videatur, quam
urere, quod contigit S. Catharinæ Senensi,
& S. Tiburtio, cui prunæ rosæ videbantur
juxta quos gradus ordinabo Orationem
Dominicam.

MEDITATIO CLXVII.

Vigilia Pentecostes.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos sibi
uniat ex toto*

Colloculo me inter Seraphinos ardore
amoris amicitiae Dei proximos. Isai. 6.
Petam ex toto baptizari Spiritu sancto.

Conf. Septem gradus supremi amoris Dei
1. Petere amorem semper mobilem, qui nu-
quam ab amando quiescat, nec ad inferion
defluat, nisi, ut homines ad Deum reducat.

2. Petere amorem incessabilem, qui mo-
dum divini amoris habeat, ut sine modo &
mensura Deum diligat, & absque ullo ter-
mino magis ac magis crescat. Singulis mo-
mentis nova beneficia accipio, fomenta
moris.

3. Petere amorem acutum, quo Deum
præsen-

præsentem actu habeam, quo penetrem omnes ejus perfectiones, quo unum cum eam, ut candens ferrum cum igne.

4. Petere amorem spiritualiter calidum, qui divinâ consolatione immissâ me liquefaciat, atque emolliat, ut impetu Spiritûs in Deum effluam, & tanquam res mobilis ejus impulsûs excipiam, caliditate hâc dilater ad proximorum auxilia, segregem omnes imperfectiones, virtutes congregem.

5. Petere amorem urentem, ut à me anima im-pedimenta removeat, interna imperfectionum, externa inutilium occupationum, quæ me à perfectione, & unione cum ipso retardare possunt.

6. Petere amorem persequantem, si vita per millia 'millium annorum esset trahenda, ut semper fidelis amator persistam.

7. Petere amorem semper fervidum, quo à me exeam, & ad me nunquam redeam, per veram mei despicientiam, ut ita Deum reputem, ut mei, & omnium creatorum obliiscar, juxta illud D. Augustini Tom. 4. lib. 83.

q. 36. c. 8. *Perfectio charitatis nulla cupiditas;* adeoque verum est illud Cypriani de Pudicitia: *Qui cupiditates tollit, & metus sustulit,* nimicum labendi. Et rursus August. serm. de S. Laur. c. 18. *O, qui dixisti, libera nos à malo,* liberet te Deum de te ipso. Instituam triplicem

N 3 petitio.

petitionem. 1. Ad novem choros Angelorum, 2. Ad B. Virginem. 3. Ad Christum Dominum, pro impetratiōne Spiritus sancti, qui nos emundet ex toto, illuminet ex toto, & sibi uniat ex toto.

M E D I T A T I O C L X V I I I .

Dominica Pentecostes.

De admirabili Spiritus sancti operatione.

Videbo à cœlis in specie ignis venientem Spiritum Dei, & cordis humani arcem expugnantem, immutantem, & in eo residentem, ut totum in partibus, ut ars in artifice, ut Deus in templo. Petam agnoscere operationes Spiritus sancti, earumque sui participes.

Cons. i. Mirabilem Apostolorum munitionem; nam qui antè infirma mundi: in dæmonum subjectione vanè gloriabundi, de majoratu contentiosi, iracundi, volentis fulmina mitti in Civitatem, tristitiam & timorem perculti, ad patientiam Domini Jesu scandalizati, negatione Christi contaminati, verè infirma mundi: Nunc vero studijs plenè contrarijs imbuti, mundo, fibique mortui, cœlo & Deo pleni, & ab ubertate gratiarum cœlestium, quasi musto ebrii, saltem mundique lux; quia Spiritus sanctus quoque